

6872 [=6233] ab altera parte tituli sequentis.

CN DOMITIVS
COS
CXII

Descripsi et recognovi, probavitque meam hanc iteratam lectionem Zangemeister. Est in vol. I n. 629. Fiorelli cat. n. 1507; Mancini *Giornale degli scavi di Pompei* 3 (1877) p. 195. Garruccius syll. n. 1117 repetit ex vol. I haec adscribens: 'neque ego inveni et Iulius

de Petra affirmavit se numquam vidisse, licet lapides descripserit edideritque musei Neapolitani omnes'. Sed non solum prostat in museo sub suo numero, sed legitur in eo ipso catalogo edito, a quo abesse queritur Garruccius.

Mancinius legit CN *Cornelius Dolabella*, cogitans de consule a. 673, male.

6873 rep. prope Mondragone, est Neapoli in museo Andreinii Florentini HENNIN., si quidem haec ibi intellegitur. Rep. Carinolae, est apud Danielium DANIELE. Iam Neapoli in museo publico.

IMP · NERVA
CAESAR · AVG
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIAE POTESTATIS
5 COS · III
PATER · PATRIAE
FACIENDAM CVRAVIT
CXII

Descripsi et recognovi. Henninius in notis ad Bergierum de viis apud Graevium *thes.* X a. 1699 p. 687 (unde immutatam repetivit Pratillius p. 21, ex hoc Donat. 209, 3); Daniele apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 16; Fiorelli cat. 1507. Henzen 5437.

Henninius quae dat lecta sic: IMPERATORI · INVICTO | CAES · AVGVSTO | PONTIFICI · MAXIMO | TRIBVNITIA · POTESTATE | TT · · · · · | · · · · · | · · · · · | CXI (CVI Pratillius), ad columnam musei Neapolitani refero cum propter ea quae ad n. 6871 exposui tum quod suam Henninius ait Neapolim de-

latam esse. Cum reliqui Andreinii lapides ad Gorium devehentur Florentiam, hic propter molem ibi videtur remansisse et postea ad Danielem pervenisse. Quod si Andreinianus cippus diversus est a Danieliano, tres cippos habemus ex Sinuessanis.

a ponte Campano Urbanam m. p. V? *ab urbe m. p. CXX*
Urbana Casilinum m. p. IX *ab urbe m. p. CXXIX*
Casilino Capuam m. p. III *ab urbe m. p. CXXXII*

6874. 6875 rep. a. 1862 ad Capuam extra portam Romanam in loco q. d. *Parco dell' Annunziatella*.

6874 DOMINO NOSTRO
FLAVIO · VALERIO
CONSTANTINO
PIO FELICI INVICTO
5 AVGVSTO
DIVI · CONSTANTII
PII · FILIO

6875 DD · NN · FL · FL · VALEN
TINIANI ET VALEN
TIS PP · FF · AVGG
BONO REIP · NATO
5 CXXVI

Iannelli ms. et *Commissione di Caserta* 2 Sept. 1874 p. 69.

6876, 3 TES traditur. — 4 id est nato(rum).

6876 [=6242] in ponte Capuano litteris incultis AVG. ibidemque viderunt RELIQVI vidique EGO a. 1845. Stetit deinde aliquamdiu Capuae in foro sub arcu S. Eligii. Iam est in museo Campano. — Majorisi M p. a Casilino a. 1505 repertum esse titulum ait PRATILLIVS auctore (si est auctor) primicerio d' Isa. — Allifis in angulo cathedralis ecclesiae LIGOR. PANVIN.

imp. caes. au G M AVRE
lius anto NINVS PIVS · FE
lix au G PARTHICVS · MAX
br IANNICVS · MAX P M P P
5 COS · III · DESIG · III p. C. 212
VIAM · INVNDATIONE · AQVE sic
INTERRVPTAM RESTITVIT

Descripsi et recognovi. Augustinus Tyfervus cod. 3528 f. 50 et apud Peutingium cod. 527 f. 7' (inde Apianus 131, 1); Accursius X n. 28; Pighius cod. Ber. f. 210 ab eoque Smetius ms. Neap. p. 2, ed. 1, 11 (inde Waelscappe f. 4 antiquo exemplo postea emendato; Panvinius Vat. 6035 f. 23, Rom. p. 118; Manutius orth. 107, 2; Ligorius Taur. 2 et 5, a quo pendent item quae emendata sunt in exemplari Smetiano bibl. publ. Neap.; Grut. 151, 4 e Smetio et schedis Wouwerii; Reines.

2, 12 e Capaccio, id est ex Smetio); Metellus Vat. 6039 f. 357' ex Nicotianis, addita nota 'Vallambertus exscripsit ex Iucundo' [significatur Augustiniana]; Gariglianus n. 27; M. H. Maza apud Mur. ms. 21, 231; Pellegrinus p. 161 (inde Pratilli App. p. 24; ex eo Donat. 216, 5); Comus apud Mur. ms. 18, 224; Mazochi syll. ms.

Supplementa ipsi lapidi ab Alphonso Carvagiale adiecta habet iam Augustinus nec fere distinxerunt ab antiquis descriptores, nisi quod Accursius: 'totum hoc', inquit, 'sarciri curatum est ab iis qui fractum lapidem huc afferri erigique curaverunt'. — 4 cum littera G sine dubio antiqua sit, supplementum quod dedimus etsi absurdum nihilo minus admittendum est.

Subieci miliaria Capuae vel ad Capuam reperta ita comparata, ut cui viae potissimum tribuenda sint, non appareat.

6877 [=6235] in vinea cardinalis Sanctorii prope Casertam MAZA. Is quamquam saxa Romae potius quam in Campania sibi comparavit, tamen hoc, quod videtur miliarium fuisse, vix inde transportavit.

IMP · NERVA · CAESAR
AVGVSTVS · PONTIF
MAXIMVS · TRIBVNI
POTESTATE · COS · III · PA
5 TER PATRIAE · FECIT

Maza ms. apud Mur. 21, 231, ed. 2007, 6.